

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XVII. Quando medium, quod assumitur ad aliquem finem, est sufficiens ad peccatum mortale, finis autem minimè, v.g. si quis omittat Sacrum propter studium; non est necessarium in Confessione ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Pœnitentia disp. 22. sect. 4. & ideo nu. 9. sic inquit: Secundò fieri potest, ut finis ipse habeat malitiam mortalem; medium autem minimè illam ex se habeat, sed solum quia ordinatur ad talem finem; ut si quis eat in agrum ad occidendum inimicum &c. & tunc per se necessarium est confiteri intentionem cum ea gravitate, qua est in executione ejus integra vel partiali, quamvis in particulari non explicetur medium, quia ejus effectio non habet aliam speciem malitiam. Hæc ille, cui confessio. Forte etiam Herincx suprà nihil aliud intendit, quamvis plus videatur dicere.

382.
Quid intel-
ligatur per
Circum-
stantiam
Car.

Et ecce pervenimus ad circumstantiam, *Car.*, sive, *Propter quid*; pro qua Noto cum Suario suprà nu. 10. fieri posse, ut objectum electionis, seu medium quod assumitur ad aliquem finem extrinsecum (hic enim intelligitur per circumstantiam, *Car.*; nam finis intrinsecus potius est objectum) ut, inquam, medium sit sufficiens ad peccatum mortale, finis autem minimè; ut si quis omittat Sacrum propter studendum: & tunc queratur, an sit necessarium explicare hunc finem? Respondeo:

CONCLUSIO XVII.

Quando medium, quod assumitur ad aliquem finem, est sufficiens ad peccatum mortale, finis autem minimè, v. g. si quis omittat Sacrum propter studium; non est necessarium in Confessione explicare hunc finem, sed sufficit confiteri omissionem Sacri.

383.
Quando
studium est
huius omis-
sionis Sacri
participat
ejus malitiam
Lugo.
Dicastillo.

Fusè disputat pro hac Conclusione Cardin. Lugo de Pœnit. disp. 16. sect. 11. quem sequitur Dicastillo disp. 9. dub. 8. cap. 4. Ego, volens consulere brevitati, in primis admitto, studium, quando est causa motiva seu finalis omissionis Sacri, participare ejus malitiam: nam ille actus virtute est contra præceptum affirmativum audiendi Sacrum; qui enim præcepit hic & nunc aliquid fieri, virtute prohibet positionem cause impeditivæ, seu potius impeditivæ obseruantiae præcepti.

Probatur.

Hinc voluntas studendi in casu Conclusionis, est virtualiter voluntas omitendi Sacrum, sicut voluntas efficax finis, est virtualiter voluntas medii necessarii ad finem consequendum: ergo idem objectum utriusque voluntatis: ergo eadem malitia studii & omissionis Sacri, etiam numerica, quia appetuntur per modum unius, quia unum propter alterum.

Sicut ergo non peccat duplice peccato species aut numero, qui accipit gladium ut alterum occidat, uno homicidii, altero acceptio-nis gladii, quia tota malitia acceptio-nis gladii est denominativa à malitia homicidii; ratione non peccat duplice peccato, qui omittit Sacrum propter studium; quia tota malitia studii est desponsativa à malitia omissionis Sacri: ideo enim studium malum est, quia causat omissionem Sacri, quæ mala est; sive quia impedit impletione præcepti affirmativi audiendi Sacrum.

Iraque habent eandem malitiam, eodem modo, quo voluntas interna non audiendi Sacrum, & externa omissionis auditio-nis, que licet sunt peccata physice plura; in morali tamen estimatione unicum, ut latius dicam secundum sequenti. Ergo non est necessarium in Confessione explicare studium, sed sufficit confiteri omissionem Sacri; sicut non est necessarium in Confessione explicare actum internum, sed sufficit confiteri actum exterrimum; & sicut non est necessarium in Confessione explicare acceptio-nes gladii, sed sufficit confiteri homicidium.

Dices: Studium tali casu non solum op-^{erat} ponitur virtutis Religionis, sed etiam virtutis studiositatis, qua inclinat voluntatem ad studiandum debito modo; sicut indebiti sumpus repugnant liberalitati, & excessus in cibo temperantia.

Respondeo I. Studiositatem ex genere suo ^{non} non obligare sub mortali, adeoque illum ex ^{facta} ecclesie, si quis est, non esse ex mortali; ac proinde non necessariò explicandum in Confessione.

Respondeo II. cum Lugone suprà n. 481, remittit illud, studium non habere malitiam contraria virtutem studiositatis; quia hoc secundum solum petit studium sufficiens ad sciendum, que oportet scire, & excludit excessum, quo volumus feire superflua & noxia. Unde retorqueretur exemplum temperantia: quia si aliquis comedat aliena, peccat quidem contra iustitiam, non tamen contra temperantiam; si non plus vel minus comedat ex alienis, quidem exigat bona corporis valetudo, quia est regula virtutis temperantiae. Similiter qui facit sumptus moderatos, sed cum scandalo proximi quod tenebatur vitare, peccat quidem contra Charitatem, sed non contra liberalitatem; que ex se solum excludit prodigalitatem & avaritiam.

Fateor, liberalitas respicit sumptus honestos, sicut & temperantia comitacionem honestam, & studiositas studium honestum; sed non quacumque honesta, verum honesta ^{etiam} honesta propria illi virtuti, id est, secundum regulam præscriptam à tali virtute, v. g. à virtute studiositatis, ut necessaria sciantur, & superflua ac noxia ignorantur: jam autem studium in

Sect. IO.

casu proposito illam regulari, endum necessaria est contra regulam præcipit cultus pro isto tempore studium non fit, gulis defectibus equidem non est possit virtuti fit.

Sicut ergo auct. ^{Actus ex} objecto hoc ^{ad} potest ne vanæ glorie ^{re} ri ex effectu omni- ^{ris} Non video in priori casu studi vane gloria; in malitiam, nisi potest.

Nec oblati; bitionem Præla studiositatis, ei prohibitione for dispergitur, quod motivo studiositatis; at vero nem Missa, di- dium, ut Missa statim studiositatis; adeoque con non peccat cont solaris Religionis.

Instat aliquis prior prohibeatur tatis, si alioquin spondeo: quoniam prohibeat actionem carnium ad bonam corporis temperantiam; sed de facto sit per podo & istud fieri vellet.

Veluti medi- ^{387.}
Medi-
tationis
communia-
ti non con-
ducunt in in-
dividuali ex-
istente.

Veluti medi-
tationis
communia-
ti non con-
ducunt in in-
dividuali ex-
istente.

Par ratione titur latitudine non attingendae, quia quad ha dentem attinge ca extrema sit medendo tempore.

Sect. 10. De Distinct. specifica Peccator. Concl. 17. 809

upli peccato spes
ut gladium ut alte-
ri, altero acceptio-
nem gladii
a homicidiū; pa-
peccato, qui omi-
ni; quia tota mali-
tia malitia omis-
sionis malum est, qui
que mala est; bre-
ve precepti affirmati-
vum malitiam, coden-
tia non audiendi
io auditions, que-
lura; in moralita-
tis latius dicam sc̄i
cessarium in Con-
fessione, sed sufficit con-
fessari non et neceli-
care actum inter-
actum exterritum;
in Confessione
ii, sed sufficit con-
fessari non solum op-
eris, sed etiam virtutis
voluntatem ad ha-
bitus indebet sumpus
excessus in cibotem

item ex generis huius
ad eoque illum ex

re ex le mortalem;
dō explicandum in

gone supra n. 43. huius
a malitia conti-
ra hac secundum
cens ad sciendum,
edit excellum; quo
malitia. Underat-

rantiae: quia si ali-
ceat quidem con-
tra temperantiam, &
at ex alienis, quidem
modo, quae est regu-
litate qui facit sum-
ptus proximi
scandalum, atque
quidem contra
liberalitatem, que
galitatem & avil-
icit sumptus hon-
estatem, & communi-
cationem honestum; sed
secundum regulam
v. g. à virtute sua
autem studium in

casu proposito (ut suppono) non est contra illam regulam, quia non adhibetur nisi ad sciendum necessaria, v. g. articulos Fidei; sed est contra regulam virtutis Religionis, quae praecepit culum divinum auditionis Missie pro isto tempore. Quamvis ergo absoluere illud studium non sit honestum, quia malum ex singularis defectibus, & bonum ex integra causa; equidem non est inhonestum in honestate op̄posita virtuti studiostatis.

Sicut ergo actus ex objecto suo bonus, ut putà studium rei necessaria, manens bonus ex objecto, potest vitari extrinsecè, v. g. ex fine vanæ gloria; cur non similiter possit vitia ex effectu omissionis Sacri graviter obligantis? Non video disparitatem: adeoque sicut in priori casu studium non habet malitiam nisi vanæ gloria; ita in posteriori casu non habet malitiam, nisi omissionis Sacri.

Nec obstat, quod studium contra prohibitionem Praelati, habeat malitiam opositam studiostatis, est per se loquendo seculâ hanc prohibitione foret actus studiostatis: nam disparitas est, quod Praelatus (ut suppono) ex motivo studiostatis prohibeat hic & nunc studium; at verò Praelatus præcipiens auditionem Missie, & per consequens prohibebat studium, ut Missa audiatur, non intendit honestatem studiostatis, sed honestatem Religionis; adeoque contraveniens huic prohibitioni, non peccat contra studiostatem, sed contra solam Religionem.

Instat alquis: Quomodo fieri potest, ut Superior prohibeat studium ex motivo studiostatis, si alioquin est actus studiostatis? Respondeo: quomodo fieri potest, ut Superior prohibeat actum temperantiae, v. g. comeditionem carnium, quae nunc conduceret ad bonum corporis valetudinem, ex motivo temperantiae? Sicut ergo hoc fieri potest, & de facto fit per præceptum Iesu; eodem modo & istud fieri posset, & fieret, si Superior vellet.

Veluti medium justitiae communitativa non consistit in indivisibili, sed habet magnam latitudinem: ut docet Scotus (& Alii communiter) 4. dist. 15. q. 2. n. 15. ibi: In isto me-
diū, quod iustitia communitativa recipit, est magna latitudo, & intrâ illam latitudinem non attingendo indivisibilem punctum equivalentem rei & rei; quia quo ad hoc quasi impossibile esset communitatem attingere: & in quocumque gradu circa extrema fiat, usse fit.

Pari ratione medium temperantiae suum patitur latitudinem, & intrâ illam latitudinem non attingendo indivisibilem punctum cibi;

quia quoad hoc quasi impossibile esset comedentem attingere: & in quocumque gradu circa extrema fiat, temperanter fit, sic ut & comedendo temperanter agas, & etiam non comedendo sive abstinentendo: imo aliquando

magis temperanter non comedendo, quam comedendo; quia aliquando per abstinentiam à cibo mens fit magis idonea ad suas functiones, quam per comeditionem; quamvis alioquin per comeditionem non fiat positivè inidonea, sed etiam politivè apta.

Tali ergo casu sive elegeris comeditionem, 388. sive abstinentiam, temperanter fiet. Sicuti contingit in pretio naturali rerum venalium, sive vendideris rem tuam pretio infimo seu medio vel summo, justè fiet per se loquendo, id est, nisi lege certum pretium fuerit taxatum: per hanc quippe legem fit, ut quod antea erat pretium, sed non necessarium, jam sit pretium necessarium, ita quod minus pretium dando aut major accipiendo, inutilè fiat, quod seclusa illâ lege justè fieret; adeoque Superior prohibet actum justitiae ex motivo justitiae, & per consequens facit, ut actus, qui per se loquendo foret justus, posito præcepto sit injustus.

Ad hanc modum dico: Praelatum possit prohibere actum temperantiae vel actum studiostatis ex motivo ejusdem virtutis; & suo præcepto facere, ut quod per se loquendo foret actum temperantiae vel studiostatis, jam sit actus oppositus istis virtutibus. Et sic de facto Ecclesia præcipiens auditionem Sacri ex motivo Religionis, facit, ut studium, impeditivum illius auditio-
nis, sit peccatum contra Religionem, quod secluso præcepto non esset peccatum contra Religionem, ut patet, quando propter studium diebus feriatis omitto Sacrum.

Dices: Si est peccatum contra Religionem; ergo explicandum in Confessione; non enim sola malitia (ut dictum est Concl. præcedenti circa finem) est explicanda, sed etiam peccatum, seu subjectum illius malitiae: atque studium in casu proposito est subjectum malitiae; ergo explicandum.

Respondeo: non omnia subjecta malitia esse explicanda; ut patet, quando quis paravit arma, assumpit equum, perrexit ad certum locum, ut occideret inimicum, qui sufficienter confiterit, secundum communem sententiam; dicendo: Occidi inimicum; & tamen sunt plura subjecta malitia: putat, preparatio armorum, assumptio equi &c. quae distincte non exprimuntur, sed solum in confuso; quatenus in morali estimatione unum peccatum constituantur cum ipsa occisione. Ergo similiter in casu praefenti, ut constat ex supra dictis: nam sicuti preparatio armorum, assumptio equi &c. sunt media occisionis, & ideo cum occisione unum moraliter peccatum constituant, & confusè explicantur, explicata occisione; ita omissione Sacri est medium respectu studii, & ideo cum studio unum moraliter peccatum constituit.

Si inferas: Ergo sicut sufficit in priori casu 390.
K k k k expli-
In statua.

Instantia. explicare occisionem quae erat finis preparationis armorum; ita sufficit in hoc casu explicare studium; Negatur Consequentia. Ratio disparitatis est; quod in priori casu solus finis sit per se malus, media autem per se bona, vel saltem indifferenter; in posteriori autem casu finis sit per se bonus, aut saltem indifferens, medium autem malum.

Solvitur. Igitur in priori casu explicandus venit finis, cuius malitiam media participant, & in quo media confusa intelliguntur, cum finis non possit obtineri sine mediis; in posteriori autem casu oportet explicare medium, cuius malitiam finis participat, & in quo ipse finis confusè intelligitur, cum medium non soleat adhiberi, nisi propter aliquem finem; quod autem ille finis sit studium, vel ambulatio, planè materiale est, & impertinens ad malitiam seu rationem peccati, qua prorsus eadem est in studio & ambulazione. Sicut quod occideris manu dexterâ vel sinistrâ, gladio vel hastâ, manè aut vesperi, &c. planè materiale est & impertinens ad malitiam homicidii, qua in omnibus istis mediis omnino eadem est; & ideo sufficit confiteri ipsam occisionem.

391. **Quomodo** **studium** **possit esse** **idem pecca-** **tum cum** **omissione** **sciri.**

Si autem à me queritur, quomodo studium, quod est actus positivus, possit esse idem peccatum cum omissione Sacri, qua est aliquid negativum? Respondeo, & quaro; quomodo voluntas omittendi, qua est actus positivus, non minus quam studium, aut voluntas studi, possit esse, sicut revera est, idem peccatum cum externa omissione, qua est aliquid negativum?

Dico ergo; peccatum commissionis, & omissionis, nonnumquam habere eandem specie malitiam, sive non differe specie in genero moris; ac proinde, qui confitetur ipsam omissionem, etiam sufficere explicare malitiam volitionis, aut alterius actus positivi, qui est causa omissionis: malitiam (inquam) saltem specificam, immo etiam numericam; ut patet in volitione furandi, qua non est peccatum numero distinctum ab ipso furto, nec specialiter est explicanda in Confessione (nisi forte fuerit contraria dictum interrupta) est physice non solum numero, sed etiam specie ab ipso furto differat. Ergo similiter voluntas omittendi Sacrum, & ipsa exterior omissionis; item studium, propter quod omittitur Sacrum, & omissione exterior, alio physice non solum numero, sed etiam specie differant, unum numero peccatum constituerunt.

392. **Objec-** **tiuum.** Nec obstat diversitas praceptorum; puta praeparti negativi, quod vetat habere affectum conformem actui malo, vel quod prohibet posse obstatum adimplitioni legis affirmativa; & praeparti affirmativa, quod precipit audire Sacrum: non obstat (inquam) haec di-

versitas, est admittatur; quia numerica distinctione peccatorum non delimitur ex multiplicatione praecorum in eadem materia (ut alibi ostendimus) sed ex morali actu disjunctione, ut sequenti sectione explicabimus. Jam autem in cau' nostro est eadem materia, & idem objectum in genere moris: scuti est idem objectum, & eadem materia voluntis furandi, furti actualis, & medi adhibiti ad furandum. Neque est moralis disjunctio actu, cum omissione immediate & proxime ex illo sequatur, vel saltem nata sit sequi.

Hinc, si omissione non sequatur, sicut potest non sequi (quia qui voluit omittere Sacrum, potest mutare hanc voluntatem, & jam velle audire, & de facto audire) tunc hinc dubius voluntio omittendi, aut voluntio studendi, est necessario explicanda in Confessione.

Itaque in precepto affirmativo, virtualiter includitur preceptum negativum, prohibens aliquid ponere, quod est contrarium adimplectioni illius praeparti; item prohibens habere affectum conformem non adimplectioni praeparti affirmativi. Quapropter in omni peccato omissionis, nisi sit pura omissione, semper interveniet aliquid peccatum commissionis.

Et confimiliter dici posset; in omni precepto negativo, virtualiter includi aliquod affirmativum, scilicet abstinenti ab illis; quae possent esse causa transgressionis illius praeparti: quia tamen illa praeparta moraliter suntadem, ut ipote spectantia eundem finem, sive eandem honestatem; ideo etiam transgressiones sunt ejusdem rationis moralis, ac proinde non specialiter explicanda in Confessione, quando simul conjunguntur: scilicet, si à te multo separantur: saltem volito, si separantur omissione externa.

Sin autem ponatur omissione voluntaria finis & causae volitione; quatenus omissione sit confitenda, item illa separatio non est explicanda: nam voluntario, quod voluntate augcat malitiam (ut Alius qui volunt) equidem non mutat speciem vel extensio, ut ostenditur, illa sequitur, ut ostenditur, idem multiplicat numerum, sive semper manus, quod enim una omissione sit magis voluntaria, quam altera, sive una voluntaria positivè, altera voluntaria negativè; non aliam specie aut numero arguit malitiam, cum privent illae omissiones eadem specie & numero bonitate, ut patet.

Sed contra: voluntas amandi Deum, est diversa speciei in genere moris, ab ipso amore obiecto Dei; hic enim justificat, non illa. Ergo similiter voluntio omissionis, ab ipsa omissione,

quæ voluntas formalissimè sit, ut vero velle amare per frequentem debet fieri ille an-

Igitur eo instrem Dei, & dicte celo, ea enim ita inclinat intellectu determinat, ut omissione illa nolit, nolit habet totum in tantum exercit censem, sicut erit, Nolo amare omisso esse, illam amandi; illa erit propria entitate amoris, cum animus distinctus, ut nino distinctum amandi, est animus Deus.

Si haec solutio spondeo ad principia voluntas omittit, acutus praeparti, sicut atamen illa praeparta moraliter suntadem, ut ipote spectantia eundem finem, sive eandem honestatem; ideo etiam transgressiones sunt ejusdem rationis moralis, ac proinde non specialiter explicanda in Confessione, quando simul conjunguntur: scilicet, si à te multo separantur: saltem volito, si separantur omissione externa.

Nam quod quod Sacrum propter timum in studiis simpliciter, falsi vellet tali tempore de fine ultro specto illius omissionis studium esse finitum omittit. Illud omittit, est peccaminosus violatio alicujus de (ut superius est studium, quod sufficere exp. supponitur habet tempore ille fuerit differens est ad eius cognoscere)

Adde in considerationem quod sequitur ex posita sententia

3 quia numeris gl
elsumit ex multi
eadem materia (ut
morali actuum dif
tione explicabimus
est eadem materia
ere moris : sicut et
in materia voluntatis
et medi adhibiti ad
alii disjunctio eti
ate & proximex il
ta sit sequi.
equatur, sicut potest
et omittere Sacrom
atem, & jam velle
tum, sed dubio
poliori studi, et
confessione.

quām voluntas occidendi. Iam autem omissione formalissimè fit, volendo non efficere actum: at verò velle amare Deum, non est amare; sed per sequentem determinationem voluntatis debet fieri illus amor.

Igitur eo instanti, quo teneor elicere amorem Dei, & dico: *Nolo elucere*; ac eo ipso cesso, ac nolito effici virtualiter ipsa omissionis: in ea enim ita includitur omissionis, ut nullā alia intellectu determinatione voluntatis intelligam omissionem amoris, cùm implicet simul illam nolitionem & amorem: ergo illa nolitio habet totam malitiam omissionis, quia hæc tantum est mala, in quantum moraliter censetur aquivalere actui positivo, qui dicere: *Nolo amare*; & eo modo censetur illa pura omissionis esse libera. Aliud est de voluntate amandi; illa enim habet suam bonitatem ex propria entitate; non autem quia æquivaleat amori, cùm amor sit actus positivus omnino distinctus, ut pote habens objectum omnino distinctum: nam objectum voluntatis amandi, est amor; objectum autem amoris, Deus.

Si hoc salutario non placeat, tunc aliter Re-

qui propter studium omittit Sacrum, quām oppositā
qui p̄tē ex negligētiā; cūm tamē illi finis sententia;
videatur aliquātter omissionē excusare. Pro-
batur: quia in primo casu fore duplex pecca-
tum, unum contra studiositatē, alterum con-
tra Religionem; cūm in secundo casu fo-
lūm sit unicūm peccatum contra Religio-
nem.

Cæterum si hæc vera sunt (quod puto)
quando expressè propter studium omittitur scu-
lum; indubè etiam vera erunt, quando stu-
dium solum se habet concomitant, id est,
quando supposita expressa voluntate non au-
diendi scuolum, eligo potius studere, quam
manere otiosus: immo hæc electio potius vi-
detur esse bona, quam mala; cum non sit cau-
sa omissionis, sed potius vice versâ omissionis sit
causa electionis studii. Quod autem sit effectus
omissionis mala, parum refert, cum etiam
penitentia sit effectus occasionalis peccati, &
tamen propterea non est mala; & alii plures
effectus boni sequuntur ex suppositione pec-
cati, juxta illud Apostoli Roman. 8. v. 28.
Quoniam diligenter Deum omnia cooperantur in
bonum, is, qui secundum propositionem vocari sunt
sancti.

Ad quæ verba D. Augustinus lib. de Cor-
rept. & Grat. cap. 9. Usque ad eum prostrati omnia,
ut etiam si quæ coram deviant & exorbiuant, etiam
hoc ipsum eis faciat proficer in bonum, quia humili-
tiores redeunt atque doctiores. Sic David, qui filius
erat promissus, non perditoris, expertus, Deo
paululum deserente, quod esset ipse..... Ecce
doctior, & ob hoc etiam humilior, tenuit viam, tam
videns & confitens in voluntate sua, Deum decor-
eius præstissime virtutem; quod sibi ipsi tribueris,
& de se presumens in tali abundancia, quam præstis-
serat Deus, non de illo, qui eam præstiserat, dicebas
Non movebor in eternam.

Scio non esse omnimodam paritatem inter studium in cau[n]o nostro, & penitentiam aliquo-
que effectus bonos, qui sequuntur peccatum, quia hi non sunt incompatibilis cum ample-
tione præcepti alicuius affirmativi, sicuti est
studium cum additione Miseri præceptæ: in videtur esse
hoc tamen et paritas, quod tam penitentia,
quam studium, sint effectus causa malæ. Si-
c ut ergo Penitentia non propter ea mala est;
ita neque studium, præcisè quæ effectus illius
omissionis male, siis probatur, esse mæ-
lum.

Immò putant Multi, tali casu studium posse esse debitum ex voto, v. g. si quis vovisset numquam esse otiosum; vel ex præcepto divino, si Deus præsiperet, ut qui non audiit Sacrum, saltem studeat. Præterea posset esse opus conflixi: quidni enim licet consulere aliqui ut potius studeat, quam sit otiosus?

Planè (inquis) licet consulere, sicut licet 399.
consulere, ut potius foretur, quam occidat:
K k k k a ergo siuum.

Si hæc sententia in placere, tunc alter respondeo ad principalem objectionem: tametsi voluntas omittendi, vel alia causa impeditiva est ad præceptum, sit materialiter quid positivum; attamen quæ peccatum, etiam materialiter, est privatio seu omisso; etatenus enim tantum est contra præceptum, adeoque etiam materialiter mala; per consequens quæ peccatum non differt ab omissione. Sive ergo dixeris peccatum commissionis, sive omissionis, perinde est in ordine ad Confessionem nisi habeat speciale repugnanciam cum alia virtute. Porro studium, de quo loquitur Conclusio, talem repugnanciam non habere, arbitror satis luculentem ostensum: nam si haberet talem repugnanciam, esset cum virtute studiositatis; illam non habet: ergo &c.

Nam quod quidam obijicunt, omittentem Sacrum proper studium, constitutre finem ultimum in studio, si intelligant de ultimo fini simpliciter, falsum est: quia proper multa alia vellent tali tempore relinquere studium. Si autem de fine ultimo secundum hanc quid, scilicet respectu illius omissionis, dico, eodem modo studium esse finem ultimum, quando proper illud omittit Sacrum non præceptum: hoc non est peccaminosum, nisi quatenus adjungitur violatio aliquius præcepti; ergo nec illud. Unde (ut superius dixi) non magis explicandum est studium, quam quilibet alijs finis, qui sufficienter explicatur per omissionem, quem supponitur habuisse aliquem finem: quod autem ille fuerit studium, vel aliquid aliud, indifferens est ad illam malitiam, & gravitatem eius cognoscendam.

Addé inconveniens, quod sequitur ex operata sententia; videlicet, gravius peccare,

ergo furtum non est peccatum ; negatur Consequientia ; sed est minus peccatum quā homocidium : igitur hoc argumentum solūm probat esse minus peccatum studere , quām esse otiosum. Ita Vasquez 1. 2. disp. 92. n. 8. existimans studium tali casu verē esse peccaminolum , nisi prius voluntas eligesset aliam actionem incompatibilem cum auditione Missæ , v. g. manere domi. Et tunc consequenter negandum foret illud studium posse esse debitum ex voto aut præcepto.

Urges: Ergo saltem, qui die Dominicā post voluntatem non audiendi Sacramētū ^{401.} ~~secundū~~ ~~huc~~ no traderet, aut aliam actionem faceret, per quam reddit sibi omnino impossibilem auditionem Sacri, de novo peccaret,

Respondeatur ; sive dubio illam actionem

speciat ad circunes existimans dit carnes, post jejunii; quarin Confessione: 1 adjungere, se per Resolutio erit

CONC

Regulariter
ligatio
tiam err
ad Con
quibus
quoad C
sentes, &
advertit
caverit
erronea
accusane
Feci hoc,
obligatione

404. **R**atio dubi-
tatio de re-
vocare Con-
stituti
elusionis e-
cum hoc document
mento tantum
rant specie, in
differunt tamen
nam detractio
est detracatio gra
ergo confessus
mento gravi, et
commisisti, feci
riam diversam
ras.

alienum, &c.

Probat.

Ratio Vasquez est; quia revera illud studium est causa externæ omissionis; non enim omittere potest, quis, nisi efficiendo aliquod opus externum incompossibile cum ipsa auditione Sacri. Veluti cum quis proposituit occidere alterum, non potest id mandare executioni, nisi per hoc vel illud instrumentum; & tamen accipere hoc in particulari, peccatum est.

Responsio.

Respondet: volitio occidendi, non est occisio; ac proinde instrumentum, tamquam medium & causa, intrat in occisionem. At verò volitio non audiendi Sacrum, immo omissionis voluntatis audiendi, est adæquata causa externa omissionis: quamdiu enim illa perseverat, sive cum domi, sive in templo, sive alibi, habetur omissionis audionis Sacri, quæ non est aliud, quam verum negatio voluntariae audionis: occisio autem, præter voluntatem occidendi, requiri positiuam meam actionem.

400.

Si objicias : Teneor tali casu relinqueret studium ; ergo non est opus bonum. Respondeatur cum distinctione Antecedentis : teneor immediate, id est, etiam supposito, quod non velim audire Sacrum ; negatur Antecedens : mediatae, quia scilicet teneor habere voluntatem audiendi Sacrum ; admittitur Antecedens, sed negatur Consequentia. Solum inde sequitur, tale opus bonum supponere voluntatem peccaminolam.

Prima in
stantia.

Instabis : Ergo Sacerdos navigans , si de-
crevit toto tempore navigationis non recita-
re Horas Canonicas , minimè proicit projici-
endo Breviarium in mare : neque fut , qui
firmiter proposuit non restituere rem furti-
vam , si reddit restitutionem sibi impossibili-
lem : uti nec iste , qui postquam firmiter
decrevit non observare votum castitatis , du-
cit uxorem.

Responde-
tur.

Respondet N. C. *disparitas*: quia in his casibus ponitur aliquid, quod est incompositibile cum obseruatione praecipi, etiam pro tempore futuro; adeoque illa actio respectu illius temporis non est consequens aut comitans, sed antecedens, & ut vera causa influat in omissionis futuri temporis, & antecedenter ad illas necessitat: at vero in nostro caso studium minimè necessitat ad non audititionem Sacri; sed postea voluntate audiendi, statim cessabit studium.

specificando tempus navigationis. Neque latifaceter, si se accusaret, quod per totum annum non recitasset Horas; sic et quippe consideretur non peccatum, quod fecit, sed alia que non fecit: sicut enim tantum peccavit, ponendo caufam necessariam omissois Horarum totius anni; & significat se toutes distincteis vicebus peccasse, quoties omisit, quod falsum est; cùm singula iste omissiones fuerint omnino necessariae, adeoque inculpabiles in se, quamvis in causa fuerint culpabiles. Causa itaque explicanda est, non ipsa omissiones secundum se. Hæc sufficiunt pro presenti difficultate.

Solum addo; plus esse, aliquam actionem impideat Missam, quam esse incompatibilem cum illa: nam impideat importar, quod hoc actio sit ratio absentia Missae; studium autem in calu nostro non est ratio absentia Missae, sed potius est contra non auditio Missae vel probatio illa, ratio studii; et ideo enim fludent, quia non vult audire Missam. Iraquo studium non habet prioritatem & independentiam necessarium, ut influat in negationem Missae; necessarium quidem est omittre Missam posito studio, tamen hoc nequitiam sufficit, ut sit calu; sed necesse est, ut lic & nunc sequatur negotio auditionis ideo, quia ille actus exteretur. Non ergo sufficit quod studium possit causare talen effectum, si aliunde supponatur effectus jam productus, sicut in calu supponitur; nam postea voluntate omittiendi, moraliter censetur esse omissione.

Sicut ergo non teneor (falem probabilitate) ad restitutio[n]em danni, quod jam moraliter ab altero erat illatum, idque quia tunc non sum moraliter causa efficax danni; ita probabilit[er] illud studium non est pecuniosum, quia moraliter non est causa efficax omissionis Sacri,

Confirmatur ab alio simili: si lumen temet impediatur per occlusionem fenestrae, reliqua impedimenta, qua potius idem lumen impidere, nullo modo impidiunt; quia prior occlusio fenestrae lumen integrè impedit. Ergò confimiliter, quando Sacrum temet impeditum est per propositum efficax non audiendi Sacrum, tametsi studium posset impidi- re, moraliter tamen non censetur impidere.

Ucumque sit de hac controversia, que non

qui die Dominica
endi Sacrum se lo-
cum faceret, per
impossibilem audi-
peccaret,
ob illam actionem
in necessario expli-
qua moraliter ann
ipsa omissione, ut
qui Breviarium pro-
paro dicere deberet,
gationis. Neque la-
tum, quod per totum
; sic quippe con-
quod fecit, sed alia
niam tantum pecca-
tariorum omissionis
significat se totus
; quoties omis-
tangula iste omis-
tariorum, adeoque in
vis in causa fuerit
explicanda est, non
in se. Hac sufficiat

CONCLVSION XVIII.

Regulariter loquendo non est ob-
ligatio explicandi conscientiam
erroneam, maximè quo-
ad Confessiones præteritas, in
quibus non fuit explicata :
quoad Confessiones vero præ-
sentes, quando poenitens ipse
advertisit vel dubitat, an pec-
caverit solum ex conscientia
erronea, tunc optimè faciet
accusando se hanc formulâ :
*Feci hoc, putans me facere contra
obligationem gravem.*

Ratio dubitandi de veritate hujus Con-
clusionis est ; quia licet detractio v. g.
cum documento gravi vero, & cum docu-
mento tantum existimato gravi, non diffe-
rant species, immo sint æquales in malitia;
differunt tamen numero, & una non est alia:
nam detractio levius existimata gravis, non
est detractio gravis, seu in materia gravi. Si
ergo confessus es detractionem cum docu-
mento gravi, non es confessus eam, quam
commisisti, sed aliam distinctam circa mate-
riam diversam, quam numquam commis-
seras.

Consimiliter, si projecisti in flumen vas
plumbatum, putans esse argenteum ; vel vas
tum, putans esse alienum ; & confitearis te
projecisti argenteum & alienum ; non dixisti
peccatum quod revera fecisti, sed quod put-
tas te fecisse ; cum illud non feceris, sed
aliud, quod non es confessus. Ergo non con-
fiteris peccatum verum, sed astutum, at-
que ideo ut confitearis peccatum verum, des-
bes dicere : *Proieci in flumen vas meum, putans
alienum, &c.*

Sol. Ob hanc forte rationem, Salas Tom. 1.

in 1. 2. traç. 8. disp. unica, lect. 3. n. 28. in
fine addidit hæc verba : Cùm vero quis rem
licitam egit, putans esse illicitam, ut si occi-
cidat feram, putans esse hominem, debet
errorem exprimere ; alioquin enim non intel-
ligitur malitia actus externi ; quia oœcio fe-
ræ mala non est.

Verum difficultas est ea doctrina ob onus,

405.

quod imponitur poenitenti, iteratò confi-
tendi eadem peccata cum illa circumstantia,
quam in prima Confessione non cognoverat :
v. g. aliquis leprosus confessus fuit violationem
entiam er-
rantiem non
est speciale
peccatum

Ageret con-
tra confis-
torum
Sánchez
Lugo
Dicatillo

hic diph. 16. n. 503. & Dicatillo diph. 9. n. 710.
agere contra conscientiam errantem, non esse
speciale peccatum ; & ideo sat esse fateri pre-
cepti violationem, quam conscientia errans
dictabat, non declarando fuisse contra con-
scientiam errantem.

Dixi autem consuleò in principio Con-

clusionis : Regulariter loquendo : quia aliquan-

do erit hec circumstantia explicanda, v. g.

ob Censuram, qua tune non incurritur : v. g.

qui suadente diabolo percuteret laicum, pu-

tans esse Clericum, propter illam percuſſio-

nem, estò ex conscientia erronea sacrilegum,

non incurret pœnam Excommunicationis,

quam alioquin incurret, si percutitus vere

fuerit Clericus. Præterea quando materia est

talis, qua, seclusa erronea conscientia, non

est peccatum, ut si puer accuset se de vi-

latione jejunii, Confessorius non intelli-

get fuisse peccatum, nisi dicat conscientia

erroneam. Sed hoc per accidentem est, ut

patet.

Quod vero per se loquendo hoc non sit

ominio necesarium tam quoad Confessio-

nes præteritas, quam præsentes, probatur

ex Tridentin. sess. 14. cap. 5. ubi nihil aliud

requirit ad integrum Confessionem, quam

ut poenitentes declarant omnia peccata mor-

alia ; quorum post diligentem sui discussio-

ne, conscientiam habent ; omnia (in-

quam) in specie & signatim : atque hoc fa-

cit, qui explicat peccatum commissum ex

conscientia erronea ; hanc minimè declarat à

ergo &c.

Minor (que sola habet difficultatem) pro-

batur (& erit responso ad rationem dubitan-
di) quia confessionem carnium esse malam
malitiæ formalis, non est esse prohibitam, sed
repræsentari prohibitam, & tamen imperari à
voluntate. Patet : quia tametsi confessio à parte
rei foret prohibita, si tamen non repræsen-
tur prohibita, numquam formaliter erit mala,
sed tantum objectivæ seu materialiter.

406.
ad eoque pœ-
na loquendo
illa conser-
vatio non
est explic-
anda in
Confessio-
ne. Dicatillo
Tridentin.
sess. 14. cap. 5.

K k k k 3

Igitur